

ORNATISS. VIRO D. GILBERTO  
 to Cognato canonico Nazoretensi, Sigif-  
 mundus Gelenius. S. P. D.



LIBRVM hunc ARNOBII, quo nõ ali-  
 us negocij plus mihi exhibuit, tibi potissi-  
 mum Gilberte doctissime nuncupandũ exi-  
 stimavi: nõ quo coniunctior per hoc nostra  
 amicitia fiat, sed quo testator. quid. n. illustrius, quid ami-  
 citie cõuenientius, quã eos per lōginquas regiones, per  
 innumeros mortalium oculos simul uolitare, quos mutua  
 beneuolentia bonis artibus. quæ sita cõciliauit? Quid me ti-  
 bi cõmendet, tu uideris: ego certe nihil mihi uẽdico præ-  
 ter animũ memorẽ et gratũ. In te uero quis inter alias do-  
 tes ac uirtutes nõ admiretur omnigenã primũ eruditio-  
 nem Magno illo ERASMO præceptore dignam, qui  
 te ob tuam erga se pietatem præ omnibus domesticis sem-  
 per complexus est: quis nõ amet aliam pietatem, qua pa-  
 rentes etate secessos solus è tot fratribus sustinet ac refouet,  
 atq; ipsorum etiam fratrum cõmoda promouet: tum ali-  
 am rursus, qua nobilem iuuentutẽ tuã fidei commissam  
 omnibus necessarijs ad uitã recte agendam disciplinis in-  
 stituit. Quid de pietate erga deũ dicam, qua prudens tu-  
 um pectus et in hoc præceptorẽ referẽs, ita omnes actio-  
 nes dubijs in reb. moderatur, ut quantũ quidem in te est  
 nemini offendiculo esse studeas. iam amicos eo prosequeris  
 affectu, ut cum eis facultates omnes communes habere  
 uidearis, dignus qui tantum prodesse omnibus ualeas  
 quantũ cupis: et auguratur mens hoc quoq; affore, quan-

doquidem ea præditus es dexteritate, ut solus ratione in ueneris, qua rei domesticæ cura, itemq; literarû, sic apud te conspirant, ut altera alterâ adiuuet etiã, quamuis apud alios cõtrarium usu uenire soleat. Iam dudum (scio) musitas, conuenientius esse hoc loco ARNOBIVM laudari. Dabis ueniam affectui nostro, si prolixius q̃ tua frõs patitur excurrat. nã ille maior est quã qui nostris præconijs egeat, nec pro merito ab alio quã sui simili laudari potest. unum sileri non debet, quod quãto pere te præceptor Eras. cõmendat ac ornat, tãto pere illũ Lactãtius discipulus, Lactantius inquã ille, qui solus eo tempore dignus uisus est qui Cæsares haberet discipulos. Uterque idẽ argumentũ tractauit, sed hic noster uehemẽtiore stilo utitur. Hoc enim solum telum tunc reliquũ erat, sub Imperatorib. ethnicis, atq; adeo sub Diocletiano, omnium qui ante se regnauerũt in Christianos seuisimo. Successere deinde feliciores anni sub Constantino, cum iam tantum esset gentilium religiones uel insectari uel cõtemnere: quo tempore Lactantius, magistri sui recẽti exemplo excitatus, in reliquias ethnicæ superstitionis ita depugnauit, ut dubiũ sit utrum alteri præferas. Difficiliore certe prouinciã ARNOBIVS sortitus est, ut qui tũ Christianæ religionis patrocinium suscepit, cũ apud maiore mortalium partẽ pro deliramẽto haberetur, cumq; suis tantum ipsorum armis aduersarij conficiendi essent. Videntur tamen in summa pares, tamen si suis uterq; uirtutibus præcellat. Sed hanc censuram criticis relinquimus, nobis nihil sumpsimus nisi castigationis laborem. nam Romani ut candoris in cõmunicando, in transcribẽdo fidei laudem

2. pag. 455.

dem promerentur: ita negari non potest, nullum eos adhibuisse in legendis priscis characteribus exercitatum: quo sepius factum est, ut nō tam sinceram lectionem, quam eius uestigia prodiderint, per quæ uix pedetentim ad ueritatem euadere potuimus. Fateberis nos non uana iactare, si in uno quouis ternione periculum facere libuerit, nostra hæc editio planior sit, an illa altera. est enim ingens discrimen, & quantum non facile credas, nisi illa prægustata. Nec alium iudicem libentius capio quam te, qui pro tua eruditione potes rem totam estimare, pro amicitia uero nostra etiam libenter meis laboribus patrocinaberis: quos tibi commendare superfluum sit, cum ultro soleas quicquid à nobis uenit obuijs uulnis excipere. Bene uale, Basileæ Calend.

Ianuarij, Anno salutis

M. D. XLVI.

H 5 ARNOBII